



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Corpus Doctrinae Christianae

Melanchthon, Philipp

Lipsiae, 1572

VD16 M 2890

Qvare Additi Svnt Ritvs promulgationi promissionis?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36094**

indita sunt. Romanos 14. Regnum Dei non est esca & potus, sed iustitia, pax & gaudium in Spiritu sancto. Nam qui in his seruit Christus placet Deo, & approbatus est hominibus. Item Colossenses 2. Nemo uos iudicet in cibo, potu, &c.

QVID NOMINATUR SACRAMENTUM in Ecclesia?

SACRAMENTUM in nouo Testamento, ut Ecclesia loquitur, est ritus diuinitus institutus, additus promissioni in Euangelio tradita, ut sit testimonium & pignus exhibitæ & applicatæ promissionis gratiæ. Ideo ueritas dixit: Sacramentum est signum gratiæ.

QUARE ADDITI SUNT RITVS promulgationi promissionis?

MVLTAE causæ sunt, sed maxime illustres sunt hæ duæ. Quia cum Deus colligat Ecclesiam edita promissione, & tantum illi fiant hæreses uitæ æternæ, qui promissioni de mediatoie credunt, uult etiam illustri testimonio uisibili omnibus hominibus ostendere promissionem, & ipsi applicare qui eam fide amplectuntur, id est, testificari quod promissio ad ipsos pertineat. Nam promissio generalis est. Fides autem & usus Sacramenti applicat eam ad singulos credentes. Ita primum Sacramenta sunt signa uoluntatis Dei erga nos, uidelicet commonefacientia nos de promissione, & applicantia, id est, testificantia quod promissio ad nos pertineat. ALTERA causa est, quod cum uelit Deus omnes saluandos inferi Ecclesiam, & adiungi ministerio Euangelij, sicut dictum est: Quos elegit, hos & uocauit, tradidit ritus manifeste discernentes Ecclesiam ab omnibus gentibus. Et ut agnosceretur Ecclesia, & ipsi ritus testimonia essent, qui ostenderent, uelle Deum nos esse auditores uocis Euangelij, nec eos qui non audiant uocem Euangelij, nec sunt ciues huius cæus uocatorum, esse electos. Ita uult Deus Ecclesiam conspici oculis, & uisibilem esse, ut cogitemus, ubi sit doctrina ipsius querenda.

SUNT igitur Sacramenta signa confirmantia fidem erga Deum, quia sunt testimonia applicationis, sicut Paulus nominat Circumcisionem *σφραγίδα δικαιώσεως*, id est, sigillum iustitiæ, quia testabatur promissionem pertinere ad Abraham. Deinde sunt signa societatis Ecclesie & confessionis.

CONSIDERATIS autem principalibus finibus, postea allegoriæ & significationes aliæ addi possunt. Ut, Circumcisio fuit in illa arcana parte corporis, ut esset miranda admonitio de uenturo semine. Ac simul multa significabat, uidelicet ex posteris Abraham uenturum esse salutare semen, de quo antea dictum fuerat: Semen mulieris conteret caput serpentis. Significabat item Circumcisio, in hac generatione carnali natiuitatem

turam hominum ream, immundam, & præcedendam, hoc est, morti additam, sed propter promissum semen, iuxta verbum, Ecclesiam habituram esse nouam & æternam iustitiam & vitam.

**S**i c Baptismus principaliter significat, nos mergi in sanguinem Christi, & abluì à peccatis. Postea significat etiam, Ecclesiam mergi in afflictiones.

**C**OE NA Domini significat principaliter, nos esse membra Christi, & inseri eius corpori, & abluì nos ipsos sanguine. Est igitur testimonium & exhibitæ promissionis Evangelij, & applicatæ ad singulos. Deinde est commonefactio de gratiarum actione. Ideo nominatur *λυξασια*, & sicut Cyprianus optime dicit, est commemoratio dati & accepti.

**E** S T ite nnerus publice congregationis. Item testimonium mutæ dilectionis & concordie in eadem Ecclesia, sicut antiquitas fœdera fecit societate ceremoniarum & mensæ, unde & nomen *συνδαι*, id est, liberationes, profectibus usurpabant. Item, uetustas dixit: *τὸς ἀλλὰς τοῦ τῶν ἐκκλησιῶν συνδέσμου*. Ita in Ecclesia societas huius pulcherrimæ communis mandicationis intelligatur nunculum esse communis concordie, quo copulati omnes unum simus in ipso Christo, & non distrahamus Ecclesiam furoribus opinionum, ambitionum & odiorum, sed semper laus principales fines considerentur.

## DE BAPTISMO.

## QVID EST BAPTISMVS?

**E** S T instituta a filio Deimersio in aquam, cum pronuntiatione uerborum: Ego baptizo te in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, testificans, quia hoc testimonium diuinitus institutum est, cum qui cum hac pronuntiatione uerborum mergitur, reconciliari Deo propter Christum, & sanctificari Spiritu sancto ad uitam æternam.

## QVAE EST SENTENTIA uerborum Baptismi?

**E** G O baptizo te in nomine Patris, Filij, & Spiritus sancti, id est, Ego minister hoc ritu testificor in nomine, id est, mandaro domino, te, qui sic mergeris, recipi a uero Deo in gratiam, qui est æternus Pater Domini nostri Iesu Christi, & Filius, & Spiritus sanctus, & recipi te propter Filium, & sanctificari te Spiritu sancto. Et comprehendenda est correlatiua sententia: Ego testificor te recipi in nomine, id est, ad agnitionem & inuocationem uerbi Dei, quæ Pater æternus Domini nostri Iesu Christi, & Filius & Spiritus sanctus & recipi te propter filium redemptorem Ecclesie, & sanctificari credentes Spiritu sancto, quem agnosces & inuocabis, & palam testisum testaris hoc baptismo, te omnia commœticia numina execrari.